



REFVTATIO CYCLO-
METRIÆ IOSEPHI
SCALIGERI,

Auctore

CHRISTOPHORO CLAVIO
BAMBERGENSI, E SOCIE-
TATE IESV.



LEMENTA Cyclometrica Iosephi Scaligeri eiusmodi sunt, vt indigna sint omnino homine Mathematico. Et potuit ille quidem grandibus figurarum, quales in Mathematicorum puluere spectantur, descriptionibus: potuit, disseminatis ad indicium demonstrationũ toto libro elementis litterarum, quas, ne quid de Suffeno desideres, rubrica & minio depinxit, oculis imperitorum illudere, vt Mathematicum putarent, cuius opera Mathematicorum operum quandam quasi faciem adeo ambitiosè præ se ferrent. Sed omnino neque *sus rostro si humi A, litteram im-* Cic 1. de Diu-
nat.
*presserit, inquit ille (si meministi Scaliger) propter-
ea suspicari quisquam sanus poterit, Andromacham
Ennij ab ea posse describi. Neque si tu haud paulo,*

a 2 quam